




Georg 1503



Georgs-B.



IN ICONA DIVI
GEORGII CARMEN
G. AEMILII
Mansfeldensis.

ITEM.

PSALMVS LXXXIII. QVAM
DILECTA TABERNACV-
la etc. De amanda et ueneranda
Ecclesia Christi, Authore
PHIL. MEL.

VITEBERGAE.

Illustr. Principi ~~et~~ ac Domino
dno Ioachimo Principi Anhalt

IN ICONA DIVI
GEORGI CARMEN
G. SEMMELI
Mansfeldensis.

ITEM

TABLETTA TABERNACULI
DIRECTA TABERNACULI
Habeat D. ...
Habeat C. ...
Habeat M. ...

50000



IN ICONA DIVI GEORGII
G. AEMYLIUS.

CUr eques in templis stat vbique Georgius acer,
Bellaq; cum diro sœua dracone gerit?
Admonet officij reges, quæ munera Christo
Armatos deceat propria ferre duces,
Quæ sit causa tamen si quis mirabitur, vnde
Agricolæ teneat nomina fortis eques?
Pace coluntur agri, pacem efficit ille colonis
Omnibus & victus queritur huius ope
Legibus hic coetus hominum iungitq; fouetq;
Et custos vitæ corporis esse solet.
Sed tamen inprimis nomen tenet ille coloni
Armato residet qui cataphractus equo,
Non modo vindicibus populum quia protegit armis,
Ciuibus & pacem tutaq; regna facit,
Sed magis egregijs quia moribus excolit vrbes,
Atq; ornat veri cognitione Dei
At non ista facit crudeli mente Tyrannus,
Arbitrio miscens fasq; nefasq; suo.
Non huic iusta pijs sunt nomina danda Coloni,
Quem decet a rigidis nomen habere feris
Nam neq; iure suas terras nec moribus ornat
Nec studium veræ religionis habet.
Sed facit, vt vastæ deletis legibus vrbes
Templaq; contempto stent sine honore Deo;
Cumq; bonis tollens præclaras moribus artes
Contemptum studijs barbariemq; parit.
Quin etiam sacros vita priuare ministros,
Hostilicq; pios mente necare solet.

A 2 Hic est

Hic est ille draco, quem noster conficit heros,
Pro sanctæ vita virginis arma mouens.
Nomine Margaridos Ecclesia vera putanda est,
Quæ gemmam verbi, dogmata sacra, tenet.
Atq; ideo medijs per templa Georgius aris
Ponitur armato conspicendus equo,
Vt se templa sciant Reges debere tueri,
Et studium verbi muneris esse sui,
Vtq; sacerdotes iusto tueantur honore,
Qui populum Christi verba fidemq; docent.
Ac fauet ipse Deus pugnae, luuenemq; tuetur,
Qui tandem occiso victor ab hoste redit.
Odit enim tota crudeles mente Tyrannos,
Qui lacerant veræ religionis opus.
Certantesq; duces sacrum defendere verbum
Successu belli prosperiore iuuat.
Namq; suos nuncq; pater optimus ille relinquit,
Liberat & tandem tempore quemq; suo.
Sed tamen his etiam sunt aspera multa ferenda,
Qui pia pro Christi nomine bella gerunt.
Namq; cado generosus eques conclusus acerno
Ipse suæ vitæ mille pericla subit.
Plurimus hic rigido directus acumine culter,
Inclusit corpus qui laceraret, erat.
Inde cadus saxo mox præcipitatur ab alto,
Altius vt motu vulnera culter agat.
Nil nocuere tamen tibi structa pericla Georgi,
Namq; Deo semper vindice tutus eras.
Ille in vase tibi præsens fuit, inter & enses
Integra serauit numine membra suos.
Hæc tormenta boni signare pericula Regis
Quis neget, & curas pro pietate graues.

Sed

Sed Deus has inter curas solatia prebet,
Regibus optatam fertq; libenter opem,
Talis erat iustus rex **CONSTANTINVS** in armis,
Ipse pijs gratam quando ferebat opem,
Bellaq; sincera pro religione gerebat,
Principis hoc credens muneris esse boni,
Hunc merito patrieq; patrem verumq; colonum
Dixeris, hic veri nomina Regis habet,
Atq; vtinam tales etiam nunc esse coloni,
Quotquot habent regum scepra decusq;, velint,

EPIGRAMMA IN EVNDEM.

Non hoc more coli debet pictura Georgi,
Quo te olim coluit Roma Gradiue vetus:
Aut velut Alciden venerata est Gracia quondam,
Aut fratres coluit bellica Sparta duos.
Pictura sensum potius mentemq; sequamur,
Illius hic statuæ verior vsus erit.
Scilicet vt reges verbi tueantur honorem,
Legibus & populos iusticiaq; regant,
Ille Deo cultus poterit gratissimus esse,
Talibus exemplis discere iusfa Del,

FINIS.

PSALMVS LXXXIII.

Quam dilecta tabernacula etc.

Præcipit autem, vt amemus, & summa cura ornare studeamus Ecclesiam Christi, hoc est, & verbum Dei & ipsum publicum ministerium, & iubet huius ministerij causa, fortiter perferre erumnas, & pollicetur Ecclesiæ in periculis auxilium Dei.

NVlla domus, non vlla mihi iucundior vrbs est,

Quamuis ingentes accumularit opes.

Quam templi sunt tecta tui, pater optime rerum,

In quo doctrinæ vox sonat ipsa tuæ.

Hanc arcem toto venerabor pectore semper,

Qua non est animo carior vlla meo.

Ipsæ tuas aras festis ornabo coronis,

Atq; illas iusto semper honore colam;

Vtq; suis timidæ nidis gaudere volucres,

Quos sibi quæq; sua condidit arte, solent;

In quibus et possunt hostes contemnere tuta,

Et pullos dulci mater amore fouet.

Sic nobis templum, nidus gratissimus esse,

Et certum debet perfugium esse pijs.

Fœlix hac semper quiscunq; habitabit in arce,

Audiat vt laudes & canat ipse Dei.

Vera pijs patria est Ecclesia sola putanda,

Quæ patriæ debes officia, ista petit.

Non vis vlla animos vnq; diuellat ab ipsa,

Aeterno iunctam foedere semper ama.

Hanc omnes studio sociato ornentq; iuuentq;

Hic honor, hæc pietas, credite, grata Deo est,

Ac veluti volucrum nidos industria munit,

Sic nostra cura est ista tuenda domus,

Crudelis

Crudelis quicunqꝫ ipsam lacerare parabit,
Impiaqꝫ aduersus coeperit arma Deum.
Sed patriam hanc quisquis melior defendere ~~certe~~ *(p. mt)*
Et rectam non vult destituisse viam,
Erumnasferet iste graues atqꝫ aspera multa,
His non succumbet sed tamen ipse malis:
Ac riuos late deducet fonte perenni,
Extingui nunquam dogmata vera queunt.
Doctores Deus ipse regens coelestibus auget
Dotibus, & studium prouehit atqꝫ iuuat,
Multaqꝫ deleto victores hoste trophea
Ponent, vt fiat gloria nota Dei.
Exaudi gemitus nostros pater optime rerum,
Aspicias templi quaeso pericla tui.
Conserua regni formamqꝫ statumqꝫ decorum,
Prefice concordes ipse piosqꝫ duces.
Has ego delicias ardentibus expeto votis,
In templo semper degere posse Dei.
Et quamuis ibi erunt mihi multa adeunda pericla,
Namqꝫ odijs vrget mundus vbiqꝫ pios,
Attamen ante feram regnis opibusqꝫ malorum
Hulus militiae signa, decusqꝫ praes.
Nanqꝫ sua dextra Deus istam protegit arcem,
Et ciues nunqꝫ deserit ille suos.
Foelix qui voci coelesti obtemperat vni,
Nec patitur frangi pectora firma minis.

VITEBERGAE APVD GEORGIVM

Rhau. Anno Domini 1536. Mense

Februario.

Cuiuslibet quicquid spiritum lacere parabit
 Impiis aduersus corpus eius Dominum
 Sed patiam hanc quibus melior delendere certat
 Et rectam non vult delinere vitam
 Humans sciet ille graues acie agere molas
 His non succumbet sed tamens ipse mola
 Actus hinc deductus hinc peruenit
 Exhaurit mundum dogmata vero quocumque
 Doctores Deus ipse regens coelestibus auctor
 Doctus et studium proleat sine iuuat
 Mutat delicta victoris hinc trophæa
 Ponent ut hinc gloria nota Dei
 Exaudi genitrix nos hinc hinc optinerent
 Apicis templi quibus parata sua
 Conterit regni formidantia hinc decorant
 Præter concordia ipse phosque ducet
 Has ego delinens ardentibus expere votis
 In templo semper degere postulo Dei
 Et quantum est erunt in hinc abunda pericla
 Namque o hinc videri mundus videri pio
 Atque ante hinc regis opibus in hinc
 Hinc in hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
 Namque in hinc Deus hinc hinc hinc hinc
 Et cunctis hinc hinc hinc hinc hinc hinc
 Et qui vult cunctis hinc hinc hinc hinc
 Nec patitur hinc hinc hinc hinc hinc hinc

VITBERGAE APVD GEORGIVM
 Rhen Anno Domini 1723 Mens
 Februarii



Gründlich
Inp
Sed p
E
E
A
Ex
D
D
M
P
E
A
C
P
H
N
A
H
N
E
F
N

VITIV





Handwritten text on a small paper label at the top of the spine, likely a library or ownership mark.

1503







Engel
eine John
manuscript




7 *



IN ICONA DIVI
GEORGII CARMEN
G. AEMILII
Mansfeldensis.

ITEM.



... Dominus
vno Joachimo principi Anhalt

